vel tricatis, exceptionibus suspensionibus fatalibus iuris protestatione termini bello conuen-

tioneque et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo hac

sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria Secunda Pridie Festi Sancti Hedvigis Electae [illegible] Anno Domini Millesimo sexcentesimo Trigesimo.

14/x 1630

Parankowa Makarowa Jackoni Mikitiak Donat.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus capitaneal. Premisliensibus Honesta Paranka Honesti olim Makar Lucczyn filia et successor unica de villa Witoszynce sacrae Regiae Maiestatis ad Tenutam Medicensem pertinente una cum personali assistentia et consensu praesentaneo Honestorum Fedko Aduocati et Jacko Hryniowigth de villa eadem Witoszynce incolarum suorum et amicorum de linea paterna consanguineorum proximiorum hic iisque penes eam pro nunc stantium et ad infrascripta regnanda eidem libere consentientium sana mente et corpore existens a foro iure iurisdictioneque sua quauis propria et competenti recedens huic autem iurisdictioni castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa existens perfecta seu decrepita aetatis et non valens de infrascriptis bonis praestare labores et onera ferre existensque pupilla multisque oneribus et debitis post desolationem et incursionem Tartarorum inuoluta in abolutionem eorumque debitorum bona sua propria infrascripta vellet certam sortem area dicta Iwanczowigth desertatam cum horto et agro pertinentibus vulgo Zatynia omnimodam portionem in haereditate villae praefatae Witoszyncze in fine eiusdem villae iacentem et consistentem in se vero recontem post parentem suum iure naturali successionis deuolutam et sibi fauentem suam omnem portionem iure dominio et proprietate haereditate tituloque haereditario cumque omnibus et singulis bonorum praefatorum vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis

obuentionibus

obuentionibus attinentiis et pertinentiis quibusuis vniuersis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus aut aliquopiam reseruatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generaliter per speciem et e contra in nullo derogando Verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum bonorum haereditas secundum suis metis et limitibus ab antiquo extendit et porrigendo et prout eadem bona ipsamet regnans tenuit habuit et possidebat ac ipsam concernebat ac eidem seruiebat. Iam ex nunc et de facto Honesto Jacko Mikitiak olim Honesti Wasieczko filio et ipsius successoribus dedit donauit ac titulo purae merae perpetuae et irreuocabilis donationis inscripsit et resignauit prout praesenti dat donat ac titulo purae merae perpetuae et irreuocabilis donationis inscribit et resignat perpetuis temporibus. Et iam ex nunc eadem regnans Honesta Paranka praefato Donatario suo eiusque posteris coram officio praesenti in bona suprascripta donata dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem pertinentem quemcunque et Nobiles duos ipsi iam ex nunc ab officio praesenti additos die quacunque voluerint officiose acceptandi per ipsum Donatarium suum eiusque posteros bona suprascripta donata iure haereditario tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete vtifruendi ac ad vsus suos suorumque successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi temporibus perpetuis. Debebitque et tenebitur memorata regnans Honesta Paranka prout se ac suos successores inscribit super bonis suis quibusuis omnibus ac summis pecuniarum habitis et habendis suprascripto Honesto Jacko Mikitiak et ipsius posteris inscribit et obligat ipsum et illius posteros in dictis bonis donatis et ratione eorumque bonorum ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existentium in omni iudicio et officio Regni exoriunda per omnes processus terminos prout ad quamlibet personam terminis spectat et pertinet praescriptio toties quoties opus fuerit tueri defendere euincere intercedere ac eliberare indemnemque cum posteris reddere. Nec non bona praenotata donata tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eisdem bonis factis et faciendis tum etiam a quibusuis citationibus in eadem bona importatis et importandis lucris denique et p[er]lucris ac processibus iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quouis Iudicio

ex officio Regni obtentis et obtinendis in eisdem bonis donatis p[rae]dictis et per-
ducendis emundare et eliberare mundaq[ue] et libera semp[er] facere ac etiam intro-
missionem p[rae]fatam coram officio p[rae]senti admissam in fundo bonorum pre-
dictorum dum p[er] Ministerialem et Nobiles officio se requireretur non denegare imo
tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataq[ue] et admissa eadem
possessionem et usumfructum p[rae]missorum quovis modo tam per se quam per suas
quasvis submissas et subordinatas p[er]sonas non adimere nec p[rae]pedire.
Ipsumq[ue] donatarium suum et illius posteros in dictis bonis donatis tam in
toto quam in quavis minima parte non iniuriari. Ita ut eaq[ue] bona donata pre-
dictus donatarius suis cum posteris quiete et pacifice vigore inscriptionis
p[rae]sentis donationis tenere et possidere queat. Idq[ue] sub vadio Centum
florenorum pecuniae polonicae p[er] partem praefatam Recognoscentem eiusq[ue] successores
suprascripto Honesto Jacko Mikitiak eiusq[ue] successoribus ob non completionem
premissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quo-
ties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quo quidem vadio modo
p[rae]misso ad solvendum succumbendo ac pro re aliqua premissorum ex p[rae]missis non
completa complendaq[ue] p[rae]missis Citata ex nunc memorata Honesta Baranka
sive eius successores Ad instantiam p[rae]fati Honesti Jacko Mikitiak sive ipsius
posteriorum Ad Officium p[rae]sens Castrense Capitaneale Premisliense ex hic recess.
eu suprascripto quoad vendum spectat mediante semp[er] in primo citationis
Termino tanquam peremptorio stare iuri parere mdere vadium p[rae]fatum luere
inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur bonaq[ue]
ac suos successores ad eadem omnia obligat eundemq[ue] terminum primum perem-
ptorium et alios omnes consequentes causae eius terminos semp[er] peremptorios
vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Re-
gnum servitio militari ad munimentum ad Exercitum vel aliis quibuscunque dillatio-
nibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos
Terminos officii p[rae]fati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo
nullasq[ue] motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac p[rae]missa om-
nia penis simplicibus vel tricatis Evasionibus suspensionis fatalibus iuribus

p[rae]scriptione

p[rae]scriptione Terrestri vel Conventione et aliis omnibus iuris remediis et defen-
sionibus non subterfugiendo Hac sua p[rae]sentium inscriptione ad p[rae]missa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria Tertia ipso die Festi Sanctae Heduigis Electae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo

15/x 1630

Dunikowski Dunikowskiemu Recognitionem Roborat

Comparens p[er]sonaliter Coram officio actisq[ue] p[rae]sentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Generosus Stanislaus Dunikowski sanus mente et corpore existens
a iure suis districtibus iuribusq[ue] iurisdictionibusq[ue] suis quibuscunque propriis et com-
petentibus rendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum pre-
sentem attinet se cum successoribus bonisq[ue] suis generaliter omnibus totaliter et ple-
narie incorporando atq[ue] subiiciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit. Quia ipse se suosq[ue] successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac
summis pecuniariis habitis et habendis Generoso Martino Dunikowski de
Orszko olim Generosi Joannis Dunikowski de Orszko filio eiusq[ue] posteris
Recognitionem certam manualem per se recognoscendam in rem et manus ipsius
eiusq[ue] successorum vendens quamvis rerum et conditionum in eaq[ue] recognitione
contentarum de actu et data hic Premisliae die hesterna ab actu p[rae]senti da-
tam manu sui recognitionis propria subscriptam et sigillatam vadioq[ue] Trium millium
florenorum polonicae firmatam in omnibus et singulis eiusq[ue] recognitionis conditio-
nibus punctis clausulis articulis vadio ligamentisq[ue] et nexibus generaliter om-
nibus tam in toto quam in parte firmiter tenere complere exequi ac
inviolabiliter observare Omnibusq[ue] et singulis illius contentis toties
quoties opus fuerit satisfacere p[rae]fatam recognitionem ad inscriptionem pre-
sentem et inscriptionem p[rae]sentem ad predictam recognitionem vicissim in toto referendo.
Idq[ue] sub vadio similis summae Trium millium florenorum pecuniae polonicae per
p[rae]dictum recognitorem Generosum Stanislaum Dunikowski eiusq[ue] successores
p[rae]dicto Generoso Martino Dunikowski et ipsius posteris ob non completionem